



## **Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio**

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt  
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Complectens Constitutiones Clementis XII. ab Anno V. usque ad X.

**Luxemburgi, 1748**

CCLIII. Decretum de ordine servando in recursibus faciendis a Fratribus  
Ordinis S. Francisci MInorum Conventualium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-75393](#)

phano, & Bernardo in Terris agentibus parta  
merita, singulari Apostolica Charitatis, & Pon-  
tificia Benignitatis studio Nos complectentes, in-  
genti cum paterni animi nostri volupitate exce-  
peramus, dilectos filios ejusdem Ordinis Superio-  
res, & Abbates, aliquoque anno proxime claspio,  
omnibus, quæ haecen obseruant, quominus  
generalia Ordinis præd. Comitia Cisterci Cabillo-  
nen, Dioecesis haberentur, per summam Omnipot-  
entis Dei elementiam compositis, illic a die quin-  
ta Mensis Maii usque ad diem vigesimam ejusdem  
Mensis Anni prefati congregatos eadem generalia  
Comitia celebrasse. Sed majori latitudo affecti fu-  
mus, cum acta ipsorum generalium Comitorum,  
varia Decreta, Ordinationes, Deliberationes,  
Constitutiones, & Mandata pro bono ejusdem Ordinis,  
& Monastica disciplina regimine condita,  
& statuta insimil complectentia ad Nos, ut illis  
Apostolica Confirmationis robur adiucemus,  
transmisla, & a Congregatione Venerabilium  
Fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis,  
& consultationibus Episcoporum, & Regularium  
præposita, ad quam examinanda remiseramus,  
expensa, & approbata Apostolico munimine cor-  
roborari posse audivimus.

Eius Acta  
a Congrega-  
tione Ep. &  
Regul. con-  
firmatione  
Ap. digna  
reputata.

Ea confir-  
mat Ponti-  
fex reser-  
va d. Con-  
gregationis  
auctoritate.

§. 2. Quamobrem dilecto filio Phiberto Quarre  
Abbate Uterine Vallis, & præfati Ordinis Pro-  
curatore Generali nobis humiliter supplicante,  
ut illa, ut præmititur, opportuna Confirmatione  
munire de benigne Apostolica dignaremur;  
Nos igitur dictum Philibertum specialibus favori-  
bus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis  
excommunications, suspensionis, & interdicti,  
aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poen-  
nis, a jure, vel ab homine quavis occasione, vel  
causa latis, si quibus quonodoliber innodatus exi-  
stet, ad effectum præsentium dumtaxat consequen-  
tum, harum serie absolventes, & absolutum fore  
consentes, hujusmodi supplicationibus inclinati,  
de præfato um Venerabilium Fratrum nostrorum  
S.R.E. Cardinalium negotiis, & consultationibus  
Episcoporum, & Regularium, qui Votum di-  
lecti filii nostri S.R.E. prædictæ Cardinalis de Via  
nuccipat, ad ejusmodi negocium examinandum  
deputati, attenderunt, consilio, præfata Decre-  
ta, Ordinationes, Deliberationes, Constitutiones,  
& Mandata cum omnibus inde securis, & se-  
quendis, dummodo tamen sint licita, & honesta,  
sacrifice Canonibus, & Concilii Tridentini De-  
cretis, ac Constitutionibus Apostolicis non ad-  
versentur, apostolica auctoritate tenore præsen-  
tium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabi-  
lis Apostolice firmatis robur adiucimus; Sal-  
va tamen semper in præmissis auctoritate Congre-  
gationis eorumdem Cardinalium.

Illaque, in  
iisque statu-  
ta perpetuo  
præcipit ob-  
servari.

§. 3. Decernentes Decreta, Ordinationes, De-  
liberationes, Constitutiones & Mandata, ac præ-  
fentes litteras, firmas, validas, & efficaces exalte-  
re, & fore, suoque plenarios & integros effe-  
ctus fortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat,  
& pro tempore quodcumque spectabit, plenissi-  
me suffragari, & ab eis respectiva inviolabilitate  
observari, siveque in præmissis per quoscumque  
Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Ca-  
sarum Palatii Apostolici Auditores judicari, &  
definiri debere, ac irritum, & inane, si secus su-  
per his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel  
ignoranter contigerit attentari. In contrarium fa-  
cien. non obstat, quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub  
annulo Piscatoris die 21. Martii 1739. Pont. no-  
stri Anno Nono.

Dat. die 21.  
Martii 1739.  
An. IX.

Decretum de ordine servando in recursibus fa-  
ciendis a Fratribus Ordinis S. Francisci Minor-  
um Conventualium.

CCLIII.

## CLEMENS PP. XII.

*Ad futuram rei memoriam.*

Ex injuncto Nobis Apostolice servitutis mu-  
nere ad ea peculiares sollicitudinis nostræ  
curas libenter intendimus, quæ felici Christifi-  
delium Divini Numinis obsequiis sub suavi Re-  
ligionis jugo mancipatorum regimini, atque tran-  
quillitati conducibilia fore in Domino arbitra-  
mur.

§. 1. Exponi siquidem Nobis super fecerunt  
Dilecti filii Felix Angelus Sidori Vicarius Apo-  
stolicus, & Joannes Baptista Minucci Procura-  
tor Generalis Ordinis Fratrum Minorum Sancti  
Francisci Conventualium nuncupatorum, quod  
licet per Constitutiones Urbanas dicti Ordinis  
Cap. X. Tit. II. Num. VII. præscriptum repe-  
ritur, nempe. Saerosancti propterea Concilii  
Tridentini vestigis inherendo decernimus, &  
mandamus, ut (nisi ex aliqua ratione a Jure per-  
missa causa alias devolvatur) causa omnes, quæ  
Guardiano competenti in prima instantia ab eo,  
in secunda instantia a Ministris Provincialibus,  
vel eorumdem Commissariis, in tertia demum a  
Generali Ministro, vel ejus Commissariis co-  
gnoscantur, necnon generali Decreto dumum a  
Congregatione tune existentium S. R. E. Cardi-  
nalium negotiis, & consultationibus Episcoporum,  
& Regularium preposita iussu fe. re. Sixti  
PP. V. Præcessoris Nostri edito caveatur ex-  
presse, quod Regulares cuiusvis Ordinis in casi-  
bus, in quibus appellare de jure licet, id face-  
re debeant gradatim ad sui Ordinis Superiorum,  
a Priori nimirum ad Provincialem, & a Provin-  
ciali ad Generalem, antequam Sedem Aposto-  
licam adire possint; Nihilominus ipsi exponentes  
non sine eorum animi mæro adverterunt, id  
plures Religiosos ejusdem Ordinis, supradicti  
Ordinis Constitutionum, ac Decreti hujusmodi  
immemores, illave exoleta, & antiquata esse cre-  
dentes, tum a præfata correctione Regulari Su-  
periorum provocare, tum ubi appellatione permit-  
titur, nusquam observata forma sic præcripta,  
ad Superiorum mediatos, sive Prelatos majores  
Ordinis præfati, ac etiam hanc Sanctam Sedem  
appellare, & recurrere, unde Regularis discipli-  
na detrimentum immediatorum Superiorum, eo-  
rumque Jurisdictionis contemptus, ac non raro  
imponitas delinqentium, aliaque multiplicia in-  
commoda consequuntur. Quamobrem ipsi expo-  
nentes, ut debita subditorum erga Prelatos obe-  
dientia, exactaque regularis observantia in dicto  
Ordine conserventur, & sicuti excederint refi-  
stituantur, opportunum glicenti malo, & abu-  
sui ejusmodi remedium adhiberi, & alias in præ-  
missis salubriter a Nobis provideri summopere  
desiderant.

§. 2. Nos ipsorum Exponentium votis hac in  
re, quantum cum Domino possumus, favorabi-  
liter annuere volentes, & eorum singulares per-  
sonas a quibusvis excommunications, suspen-  
sionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis senten-  
tiis, censuris, & poenis, a jure, vel ab homi-  
ne quavis occasione, vel causa latis, si quibus  
quonodoliber innodatus existunt, ad effectum  
præsentium dumtaxat consequen. harum serie ab-  
solventes, & absolutas fore censentes, supplica-  
tionibus eorum nomine Nobis super hoc humili-  
iter porrectis inclinati, omnibus, & singulis dicti  
Ordinis Fratribus, & personis cuiusvis dignitatis,  
gradus, & conditionis existant, appellationem a

Quamvis  
statutum fue-  
rū a Sexto  
V. ut a Re-  
gularibus ha-  
beatur prius  
recusus ad  
Superiores  
Ordinis;

Nonnulli ra-  
men Ordinis  
Conventua-  
lium hujus-  
modi gradua-  
tionem non  
servant.

Constitu-  
tiones Ordinis  
super hoc  
fervari præ-  
cipit Cle-  
mens.

*Correctione Regulari suorum Superiorum ad formam enarratarum Constitutionum, ac sub preciis in eis contentis auctoritate Apostolica tenore praefantium interdicimus; in causibus vero in quibus iisdem Fratribus de jure, vel juxta Constitutiones praeditas appellare, aut recurrere licet, id non aliter deinceps fieri posse statuimus, quam gradatim a gravamine scilicet Prioris ad Provincialem, & a Provinciali ad Generalem, ita ut causa appellationis, seu recursus hujusmodi, antequam ab eodem Ministro Generali cognita, & definita fuerint, extra dictum Ordinem defteri, & agitari nequeant.*

*Secus eorum recursus a Judicibus extra Ordinem admitti vetat.*

*Sieque semper & ubique juberteret.*

*Obstantium derogatio.*

*Transsumptis fideam addit.*

*Dat. die 4.  
Aprilis 1739.  
An. IX.*

*GCLIV.*

*Paulus V.  
Fraterbus  
Ordinis hu-*

*Correctione Regulari suorum Superiorum ad formam enarratarum Constitutionum, ac sub preciis in eis contentis auctoritate Apostolica tenore praefantium interdicimus; in causibus vero in quibus iisdem Fratribus de jure, vel juxta Constitutiones praeditas appellare, aut recurrere licet, id non aliter deinceps fieri posse statuimus, quam gradatim a gravamine scilicet Prioris ad Provincialem, & a Provinciali ad Generalem, ita ut causa appellationis, seu recursus hujusmodi, antequam ab eodem Ministro Generali cognita, & definita fuerint, extra dictum Ordinem defteri, & agitari nequeant.*

*§. 3. Ac propterea omnibus Romanæ Curia Tribunali, ac Judicibus, & quibusvis etiam Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. praedita Cardinalium Congregationibus, necnon Sedis Apostolica Nunciis, nunc, & pro tempore existentibus, ne Fratrum dicti Ordinis appellationem, seu recursum admittant, causisque praeditas cognoscant, nisi prius eis legitime constiterit, illas per dictos Superiores, memorato ordine servato cognitas, & definitas fuisse, sub poena nullitatis actorum, ac inde fecutorum, & quadam Religiosos appellantes, vel recurrentes, qui praemissis contravenerint, sub gravibus iustro, & Romani Pontificis pro tempore existentis arbitrio infligendis poenis, eadem auctoritate harum serio prohibemus.*

*§. 4. Decernentes ipsas praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suofoque plenarios, & integros effectus fortiori, & obtinere, ac ab illis, ad quos spectat, & pro tempore quandocumque spectabit, inviolabiliter observari, ac eis respective plenissime suffragari. Sieque, & non aliter in praemissis per quocumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & definiti debere, ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.*

*§. 5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, ac praefati Ordinis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboretur, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praestibus pro pleno, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias in suo labore permansuri, ad praemissorum effectum haec vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.*

*§. 6. Volumus autem, ut earumdem praestantium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu aliquicui Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in Ecclesiastica Dignitate constitutæ munitis eadem prorsus fides in Judicio, & extra adhibeatur, que praesentibus ipsis adhibetur, si forent exhibitæ, vel ostentaæ.*

*Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Anulo Piscatoris die 4. Aprilis 1739. Pont. nostri Anno Nono.*

*D. Card. Passioneus.*

*Confirmatio, & Innovatio literarum Pauli V. Urbani VIII., ac etiam S. V. contra transeuntes de Ordine B. Marie de Monte Carmelo Congregationis Hispaniae ad alium Ordinem editarum.*

## CLEMENS PP. XII.

*Ad futuram rei memoriam.*

*§. 1. D*udum fe. re. Paulus Papa V. Praecep-  
for noster per quasdam suas, quarum

*initium Decet Romanum Pontificem &c. in simili forma Brevis die 3. Aprilis 1610. expeditas litteras non solum omnia, & singula facultates, gratias, & privilegia Fratribus Ordinis Beatæ Mariae de Monte Carmelo Discalceatis noncupatis Congregationis Hispaniae a Romanis Pontificibus Praedecessoribus suis usque tunc concessis confirmavit, verum etiam, ut eisdem Fratribus Discalceatis omnis a sui Instituti praescripto discedendi, & vagandi via præcluderetur, flatuit, & ordinavit, ac in virtute sanctæ obedientiae districte præcepit, ut nullus ex ipsis de una in alteram Congregationem hujusmodi transire, recipi, & admitti valeret, & si secus scienter, vel ignoranter fieri contigisset, transitus, receptio, ac admisso hujusmodi nullius roboris, vel momenti censeretur, nec non ipse sic transiens, seu receptus ad propriam Congregationem resisteretur: ac insuper, ut nullus eorumdem Fratrum Discalceatorum post emissam ab eo in praedito Ordine professionem regularem per eos emitte confuetam ablique speciali pro tempore existentis Romani Pontificis licentia de praeditis literis earumque data expressam, individuum, ac de verbo ad verbum mentionem faciente, ac ex legitima, & urgente causa prius a Congregatione tunc existentium S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum diligenter examinata, & approbata, & alium quemcumque Ordinem Mendicantium, & non Mendicantium, Monachalium, seu Discalceatorum, aut quemcumque Religionum erectorum, seu erigendarum etiam emissio quarti voti, seu perfectioris, & humilioris viræ presumptione, aut strictioris Regule, seu observantie prætextu, vel contemplatione, aut alia quantumvis iusta, & probabili, aut legitima causa sub apostolice, & infamiae perpetua nota, ac excommunicationis latenter facie ipso facto per contrafacentes incurrenda le transire auderet, seu præsumeret*

*(excepto dumtaxat Ordine Fratrum Carthusianorum, quatenus ad illum transiendi licentiam a suis Superioribus petiissent, & obtinuerint) & quicumque secus fecisset, cum primum desuper monitus fuisse, nulla mora, aut excusatione, seu foreni contentione, vel appellatione interpositis, ad propriam suam Congregationem redire, ac Superiorum suorum correctioni se submittere teneretur, nec Prælati dictarum Congregationum, & aliorum Ordinum, & Religionum hujusmodi ipsos sic translatos, seu fugitivos, & Apostatas retinere, sed eos etiam postquam novam professionem regularem emisissent, sub privationis suorum officiorum, & munierunt, ac similis excommunicationis poenis suis Superioribus, vel ab eis deputatis id requirentibus, & potentiis statim absque Judicis ministerio tradere, & confignare deberent.*

*§. 2. Ac postmodum re. me. Urbanus Papa VIII. itidem Praedecessor noster per alias suas etiam in pari forma Brevis die 4. Septembris 1625. expeditas literas, supplicationibus tunc existentis Prioris Generalis ejusdem Ordinis nomine totius Ordinis, & Congregationis hujusmodi humiliiter porrectis inclinatus, interdixit, & prohibuit, ne de cetero ullus eorumdem Ordinis, & Congregationis professor quavis ex causa etiam quantumvis rationabili, privilegiata, & iusta, sive sub quo cumque prætextu ad Romanam Curiam absque expressa sua, & hujus Sanctæ Sedis, seu dilecti filii Præpositi, aut Vicarii Generalis Ordinis, & Congregationis hujusmodi pro tempore existentis licentia, sub poena carceris arbitrio ejusdem Præpositi duratura, ac privationis vocis activæ, & passivæ per biennium ab omnium officiorum per eos obtentorum, necnon inhabilitatis ad illa, seu alia in futurum obtainenda per contrafacentes eo ipso incurris poenis venire, seu accedere au-*

*deret,*

*Urbanus VIII. sub  
gravissimis  
poenis ei-  
dem prohi-  
buit acce-  
sus ad  
Rom. Cu-  
riam absque  
Superiorum  
Generalium  
licentia.*